

Compendium
Petrorum.



[Faint, illegible handwritten text, possibly a signature or address, written in blue ink. The text is mostly contained within a faint, hand-drawn oval outline.]

1

Retorices compendium.

Capitulum primum.



Retorica alia est naturalis, artificialis altera: naturalis est facultas quaedam dicendi insita a natura; artificialis de qua in presenti tractamus definitur — Arbene dicendi. Perne dicere est ornate ad rem, et copiose loqui. Retorices materia est quodcumque ad dicendum proposita questio: hoc duplex est, vel finita, vel infinita. Infinita est, quae nullis terminatur circumstantiis, quales sunt: persona, locus, tempus &c. v.g. ista: — si ne gerendum bellum? Finita est, quae a aliqua circumstantia definitur, v.g. — si ne gerendum bellum adversus Mauros?

Versari sole omne
opus Oratorum in triplici causarum genere.

genere: in Judiciali, Deliberativo, & Exornativo.
Genere judiciali utuntur, qui, aut defendunt, aut
accusant, alicquam personam. Deliberativo utuntur,
qui, aut suadent, aut dissuadent, alicquid. Exorna-
tivo, quod & Demonstrativum vocatur, utuntur, qui,
aut vituperant, aut laudant alicquam personam.

sum artis
Oratoris, seu & Rhetorices, finis, si apte, ornateque
dicere ad persuadendum, & nulla ratione perveniri
facilius possit ad propositum exitum, quam scientia,
& notitia figurarum, aliorum orationis ornamento-
rum, in quibus tota dicendi res, ac majestas, posita
est, visum fuit de his in primis agere, & servatis ad-
finem hujus compendii ceteris & Rhetoricis partibus.

Caput Secundum.

De Tropis, ac de his sum, qui in nullo verbo positi sunt.

Tropus est verbi, vel orationis, a propria significati-
one ad aliam cum aliqua virtute, ac dignitate trans-
latio: undecim recensentur Tropi; sextem verbo-
rum, & quatuor sententiarum.

Tropi

Tropi, qui in unico tantum verbo asseriuntur sunt: 2
Metaphora, Synecode, Metonymia, catachresis,
Antonomasia, Onomatopoeia, Metalepsis.

Metaphora
est verbi à propria significatione in aliam, cum
a aliqua similitudine translatio, ut cum quis dicitur
Accensus ira, inflammatus cupidine.

Synecode est
tropus, in quo totum pro parte sumitur, ut fons pro
aqua, vel pars pro toto, ut pupis pro navi, vel ex
antecedentibus consequentia intelliguntur, ut boves
ab Agriculis deducuntur domum, pro nox adventa.
Fit etiam alij quinque modis, ut cum unus ponitur
pro pluribus, ut hostis habet muros, id est, hostes,
vel plures pro uno, ut nos pro ego, vel species
pro genere, ut pinus pro qualibet arbore, vel
genus pro specie, ut monstrum pro Leone, vel
materiali pro se eadem facta, ut ferrum pro
ente.

Metonymia est tropus, qui causam per effecta,
vel effecta per causam, vel id, quod continet pro eo, quod
continetur, et vice versa, vel significationem à signo de-
clarat. Per causam explicantur effecta, si ut inventus
ponatur pro se inventa, ut seres pro pane, causa

causa perfecta, si scelus pro scelerato sumatur: per
signum explicabitur significatum, si togam pro pace
accipies; et per continens res contenta, si flumen pro-
fluentibus accipiat.

Metonymia, quae et abusus dicitur non
habentibus nomen suum quod in proximo est accom-
moda; sic diximus parricidam matrem, qui matrem,
aut sororem interfecit. — Antonomasia est
tropus, qui pro nomine aliquid aequivalens ponitur:
Romam eloquentis Princeps, pro sicrone
Onomatopoeia est fictio vocis ad eam significa-
tam, nativa aliqua sui soni similitudine acce-
dentis, ut: mugitus pro isto sono, quem boves edu-
cunt — Horrida per campos sumbum bombardam
sonaba — et — At tuba terribilibus tarantara tar-
tara dixit. — Metalepsis quae et transumptio
dicitur est tropus, quo ex alio ad aliud, velut pergra-
tus ascenditur, ut est illud Virgilii — Et se ali-
quot mea lequa videri, mirabor aristas — id est
post aliquot annos; nam ex aristas spicas, ea lege:
te dicitur, et ea dicitur annos interligimus.

Capitulum tertium
De Tropis, qui in pluribus verbis, seu sententiis fiunt.
Quatuor

Quatuor sunt: Alegoria, Periphrasis, Hyperbo- 3
le, et Ironia.

Alegoria est tropus, quo aliud sensu,
aliud verbis significatur. Mestri habes a Alegoria
exemplum apud Horatium, qua e Rem publicam no-
va bella molientem, sub navis nomine, cui omnia
desunt ad felicem navigationem, compellat, et ab
jussimodi consilio deterre, ut — Qua navis referent
in mare te novi fluctus, quid agis. Fortiter occupa
portum.

Periphrasis est tropus, quo pluribus verbis
dicitur, quod paucioribus exprimi potest, ut — Nox
era, et placidum carpebant corpora somnum — cum
sufficere — Noxera — Hyperbole est tro-
pus, qui sem auge, aut minui supra veritatem, ut
illud Virgilio — Geminique minantur in sehem
scopoli — Ironia est, quo sensum indica
contrarium his verbis, ex quibus conflatur, ut si quis
dicere: — Opium, ac gratum amicum, de eo, qui
patrem trucidare.

His addi solent Hyperbaton,
Emblema, et Enigma. Hyperbaton est tropus,
quo verborum ordo perturbatur, ut mecum, tecum &c.
Emblema est symbolum quodvis ingeniosum

ingeniosum, constans ea Lemmate, et pictura. —
Enigma est sermo a liquidis inflexis, et obscurior.

Caput Quartum

De figuris verborum, quae repetitione constan.

Figura
est comprobatio quaedam sermonis remota a comuni,
et primum se offerente dicendi ratione. Alia est in
verbis, in sententiis altera. — *Repetitio*,
seu *Anaphora*, est, quae sub una, eademque voce oratio
sepius inchoatur, ut — nilil agis, nilil moliris, nilil
coqitas, quod ego non videam, planeque sentiam. —
Inversio, sive *Epiplora*, est figura *Repetitioni* con:
traria, quae oratio in eadem voce saepe finitur, ut videtur
in *ficione* contra *H. Anton.* — Doletis tres caeci:
tus Populi Romani interfectos? Interfecit Anto:
nus. Desideratis clarissimos viros? Cos quoque vo:
bis eripuit Antonius. Huius auctoritas Ordinis af:
fecta est? Affixi Antonius.

Complexio est, quae *Re:*
petitionem, et *inversionem* completitur, ut — Quis
Legem tuam? Nullus. Quis maiorem partem pro:
quis suffragiis privavit? Nullus.
Complexio

Reduplicatio est verborum geminatio, ut = fui, fui 4
Hae quondam in Repubblica virtus. ———. Traductio
est, cum verba paululum immutata ponuntur, ut =
pleni sunt omnes libri, plena sapientium voces, ple-
na exemplorum vetustas. ———. Synonimia
est, cum verba idem significantia accervantur, ut:
adii, caivi, evasi, erupi.

Plurimum est multa-
rum conjunctionum accervatio, ut: = liminaque,
Laurusque Dei, totusque moveri mons circum.
Simmas, seu gradatio est, quae oratio ad aliquod
Summum, & ultimum, veluti ascendit, aut descen-
dit, ut: = in Urbe luxuria creatur, ex luxuria exiit
avaritia neceffe est, ex avaritia erumpit audacia, &c.

Capitulum Quintum

De verborum figuris per detractionem.

Figurae per detractionem sunt, quarum vi aliquid in-
oratione suppressitur. Quatuor numerantur, videlicet:
Adjunctio, Disjunctio, Synecdoche, Dichotomia.

Adjunctio
fit, cum ad idem verbum plures sententiae referun-
tur, ut: vicij motorem libido, timorem audacia, rationem
amentia, &c. Disjunc-

Disjunctio si, cum cuiuslibet sententia peculiare corres-
ponde verbum, ut illud Ciceronis: Homerum philosopho-
ni suam dicunt esse suam, sui suam vendicant, ^{mir-}
na vero suam esse confirmant. — Cynode
si, cum aliquod omittitur verbum, quod facile in-
teligitur.

Dipholutio est, cum, demptis conjuncti-
onibus plura dipholuta proferuntur, ut: — Si in ejus
tutea Galia, cujus virtuti, fidei, felicitati, comen-
data est.

De verborum figuris per similitudinem.

Paranomasia, sive Anominatio, est, cum verba
parum discrepantia, vel literis, vel pronuntiatione in-
oratione ponuntur, ut: — Mane pestem paulisper
reprimi, non imperfectum comprimere posse. —

Similiter cadens est, cum idem casus saepe in sen-
tentiarum, aut comatis fine collocantur, ut: — Quid
tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis,
mare fluctuantibus, litus ejetis. —

Similiter desinens est, cum plures sententiae si-
mili modo finiuntur, ut: — vivis invidiose, de lin-
guis stultiose.

De figuris sententiarum. Inter-

Interrogatio est, quoties Non scitandi; Sed instan- 5
di quia ea figura utitur, u: = Quousque tandem
abutere fatebimur patientia nostra?

Responsio est figura, qua unum interroganti,
aliud, quod utilius est Respondet.

Subjectio est figura, qua Orator, vel interrogat
se ipsum, & Respondet, vel cum interrogat alium, ejus
Respondendum non expectat. Sed da de tuo, u: = An
domus tibi deera? A Habebas. An pecunia?

A Abundabis.

Prolepsis est figura, qua Orator
occupat id, quod ab adversario objici solet, u: Video
quis dicturus sis: coatus inquis hoc crimen patra:
vi, quis coegi? Correctio est figura, qua
Orator dictam sententiam, aut verbum aptius
corrigit, u: in scerone: = O Multitiam Hul-
tiam ne dicam, an impudentiam singularem.

Substitutio est figura, qua Orator fingit se
nescire, quid dicere debeat, aut quam in partem
animum convertat, u: = Equidem quod ad me
attinet, quo me vertam nescio. Communi-
catio est, cum Orator cauto, sed confidens, vel
judices ipsos, vel adversarios consulit, u: Hunc
ego judices jam vos consulo, quid mihi faciendum
putetis. Antrope

Anastrophe est figura, qua Orator convertit orati-
onem vel ad Deum, vel ad iudices, vel ad adversarios
et etiam ad res inanimatas et absentes, ut: Quid
enim Tubero tuus ille Districtus in acie, Marsali-
ca gladius agebat?

Chorographia est fictio personae
cujuslibet loquentis, qua non solum loquentes in-
ducuntur absentes et vita funti, sed etiam res in-
animatas, et mente expertes, ut apud Cicero:
- Patria tua fatelina tecum sic agit, et quodam-
modo tacita loquitur: nullum flagitium sine te, &c.

Chyptoleposij est figura, qua res subjiciuntur
oculis, perinde, ac si coram gererentur. Ad hanc
figuram pertinent descriptiones locorum, rerum
personarum &c. Exemplum habes illustre hujus
figurae in Persiana 2.^a et Orat. 4.^a in Verrem, ibi:
Ipse inflamatus scelere, ac furore in forum
veni: ardebat oculi, toto ex ore crudelitas emi-
caba, &c.

Chrysoia est imitatio vitae, ac morum
alienorum, ut: Ipse vero tanquam composito, et
de liberto capite nasum per forum volitans cum
magna caterva togatorum. Videtis Iudices, ut

6
et omnes despicia; et hominem pro se neminem putat;
et se solum beatum, ac potentem putat.

Substantio est, qua dicitur suspenduntur auditorum animi, et a liquo deinde inexpectatum adjungitur. =====

Anastrophe est, qua oratio interrumpitur, et interciditur, ut: Quos ego: Sed motos praestat componere fluctus. ===== Emphasis est, qua plus significamus, quam dicimus, ut: Tu innocenter, quam Metellus. =====

Protermissio est, qua Orator id maxime dicit, quod se dicere nosse fingit, ut apud Cicero in:

Pulchrum: Non quaero diminutionem vectigalium, non flagitium hujus jacturae, a qua damnata

Deprecatio est, qua operam alicujus imploramus, ut: Per dextram te ista oro, quam Regi Deiotaro lapsus lapsi correxisti. =====

Epithonema est ei narrata, ut probata summa Declamatio, ut apud Virgilium: Tanta mox sera Romanam condere gentem. =====

Execratio est, qua malum alicui precamur, ut: Dii te perdan fugitive. ===== Exclamatio est, qua vehementer aliquis affectus significatur, ut: O tempora, Omnes! ===== Capitulum

Capitulum Sextum

De partibus Rhetorices.

Partes

Rhetorica sunt quinque, videlicet: Inventio,
Dispositio, Eloquutio, Memoria, Pronuntiatio.

Inventio est cogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quae quaestionem probabilem reddant.

Dispositio est rerum inventarum in ordine distributio.

Eloquutio est idoneorum verborum, & sententiarum ad inventionem accommodatio.

Memoria est firma orationis perceptio.

Pronuntiatio est earum, ac verborum dignitate corporis & vocis moderatio. Harum singulas divisim dabimus.

De Inventione.

Inventio versatur circa argumentum. Argumentum est probabile inventum ad faciendam fidem.

Argumenta ~~aut~~ alia sunt intrinseca, extrinseca alia. Intrinseca sunt, quae à se, de qua agitur sunt insita. Extrinseca sunt, quae ab eo, de quo agitur, sunt disjuncta, ut, si dicas eloquentiam esse expectendam, quod bene dicendi ars. Ratio est insita in eo, de quo agitur; eloquentia enim est

est ars benedicendi: Si expetendam dicas, quod Aristoteli, aut fieri vitium sit, ratio erit extrinseca. 7

Loci, unde eruantur argumenta intrinseca sunt sexdecim, videlicet: Definitio, Etymologia, partium Enumeratio, sanjigata, Genus, Forma, seu Species, Similitudo, Dissimilitudo, Contraria, Adjuncta, Antecedentia, Consequentia, Repugnantia, Causa, Effectus, Comparatio.

Loci extrinseci sunt sex: Prejudicia, Fama, Tormenta, Fabula, Jurjurandum, Testes.

Definitio est oratio, quae explicat quid sit, quod definitur. Sic conficiet argumentum a definitione: Omne, quod animi vires debilitat, ac enervat est fugiendum; otium diuturnum animi vires debilitat, ac enervat: ergo est fugiendum.

Etymologia est, quae verborum originem inquiri, unde latine dicitur Notatio. Ad Etymologia dicitur argumentum, cum ex vi nominis dicitur hoc modo: Sonsus est, qui contulit Patris; tu igitur Sonsus non es, qui eam exertis. Enumeratis

Enumeratio partium est, cum totum in suas partes distribuitur. Ad Enumerationem. Si conficitur argumentum, si quis velit probare Lusitanis Regnum ab Augustissimi Regis sui benignitate acerbissimum dolorem perceperisse: legent Provincias, moerent civitates, quida se lio confecta, afflictaeque agri, Populus denique totus pacifici Regis morbo contristati.

Conjugata sunt, quae ab uno orta vocabulo variae commutantur. Habes ex Cicero exemplo: Qui enim potest, inquit libido, cupiditasve sit, non cupidus, et libidinosus esse.

Genus est, quod duas, aut plures partes sui conjunctione similes amplectitur, v.g. animal, quod amplectitur hominem, et leonem. Argumentum per genus sic conficitur: Est animal: ergo est homo

Forma, seu Species est pars generi subiecta. Argumentum a forma sic: Est homo: ergo est animal.

Similitudo est, quae traducit ad rem quamquam a liquo ex se dispari, Eadem sic summitur argumentum: Non aliter obtusus, quam qui Jovis ignibus pectus vivit, et est vitus: cuius ipse sud. Dipinti:

Dissimilitudo est, perquam in se disparari colligi-
tr aliquid dissimile. Ex ea sic desumitur argu-
mentum: Si Barbarorum est in diem vivere, nos-
tra consilia sempiternum tempus debent expec-
tare.

Contraria, sive Opposita, sunt, quae in eodem sub-
jecto, vel esse non possunt, vel, si fuerint, necessa-
rio inter se pugnant. Sic conficitur argumentum
a contrariis: Odiosa est Aulitia: ergo sapi-
entia est amanda.

Adiuncta, quae cum se, In qua agi-
tur sunt conjuncta, et communiter circumstantiis vocan-
tr: Omnes hoc carmine comprehenduntur: Quis
quid, ubi, Quibus auxiliis, cur, quomodo, Quando.
Habes illustre omnium circumstantiarum exem-
plum in oratione pro Milone: si hoc non gesta
videritis - usque ad - tamen mulier incidere in-
viros: quae brevitatis causa omittimus.

Antecedentia sunt, quae sem necessario antecedunt, ut solus or-
tus diem: sic conficitur argumentum: Sol est:
ergo dies est.

Consequentia sunt, quae sem necessario subsequuntur, ut: Dies est: ergo sol est.

Repugnancia neque certa lege, neque numero in-
ter se decidit, quā latigne à contrariis, ac dissimilibus
discernunt; exempli gratiā: amare, et odire contra-
ria sunt; amare vero, et ledere, et convictis insectari,
Repugnancia sunt. Argumenta à Repugnantiis sic
esse possunt: Parentes suos amant filios; igitur
non ledunt.

Causa est, quæ sua vi efficit id, cuius est causa
id: vulnus mortis, &c. Cuius quatuor sunt genera.
videlicet: Efficiens, finalis, formalis, et materialis.
Efficiens est, à quâ aliquid est, id: calor ab igne.
Eri argumentum: carpe epulis, struitisque mensis,
et frequentibus propositis: ergo carpe violentia, crudi-
tate, &c. quæ proveniunt à supradictis, tamquam
à causis efficientibus.

Causa finalis est, cuius gratia ali-
quid fit, id: domus, cuius finis est usus: ab eâ sic
sumitur argumentum: homo natus est ad intelli-
gendum, ac agendum: ergo non ad pastum, et vo-
luptatem est ortus.

Causa formalis est, perquam res
est id, quod est, et ab aliis distinguitur, id anima
quæ est hominis forma. hæc enim est in causa, cui
homo fit, ab aliis que distinguitur. Eri argum-:

argumentum à forma: Anima hominis est
immortalis: ergo debet semper ad immortalitatem tendere.

Causa finalis est propter quam alicquid fit, v.g. Deus propter quem virtus est amplexanda. Eri argumentum: in Deum singula hominis opera debent referri: ergo propter Deum omnigena virtuti incumbendum.

Causa materialis est ex qua, & in qua alicquid fit, ut lignum, ex quo constructus navis. Eri argumentum: Lignum desideratur: ergo navis constructi non potest.

Effecta sunt ea, quae à causis proveniunt, v.g. Sapientia à studio. Sic argumentum: Ecclesiastici studio evadunt sapientes: ergo est amplexandum.

Comparatio est, qua duo, vel plura inter se conferuntur in aliquod, quod utrique sit commune. Tripliciter comparatio: primo de maiori ad minus, v.g. - sicero pro patria mori non debitaui: ergo neque erumnas pati.

Secundo

Secundo de minori ad maius, ut: hominibus mag-
ni est summa gloria: ergo multo magis esse
debet Divina.

Tertio a comparari ad comparatum:
Caesar interfectus fuit ob tyrannidem in Patri-
am: ergo et sic vi peccandi iniquissimi eius:
dem sceleris levis simili poena est afficien-
dus.

Loci extrinseci sicut iam diximus sunt sex,
quorum primum, videlicet Prajudicium, est
data alicquando de re simili sententia.

Fama
est sermo incerto auctore vulgatus, &

Tormenta
sunt supplicia, quibus veritas extorquetur.

Tabulae sunt scripturae publicae, in quibus pub-
lica fides continetur.

Curjuranus est ta-
cita, vel expressa Numini invocatio.

Testes
sunt, qui sermone, aut scripto testantur.

Argumenta dijloj emenda consubito omisimus, quia
faciliter erui possunt.

De Amplifi-

De Simplificatione.

20

1. Simplificatio est, qua compressa augetur
fuerunt adduntur. Si primum per definiti-
onem, qua proposita rei naturam diffusius
explicat, ut fieri pro Milone: Quid lucrosi-
us vidimus? Templum Sanctitatis, amplitu-
dinis, mentis, consilii publici, caput orbis,
aram sociorum, portum omnium gentium,
sedem ab universo Populo Romano, concessam
uni ordini, inflamari, excindi, funestari. Si

Secundo per enumerationem partium, quarum
quae eisdem rei, aut sententiae partes variis
recensentur. Ita fieri pro Milone haec voce
omnes amplificat: Ruge Senatus, mare
Ordo Equestris, tota civitas confecta senis
est, squalent municipia, afflictantur bo-
nid, agri denique ipsi tam beneficium tam
salutarem, tam mansuetum sive desiderant.

Si 3. per interpretationem, sive Syno-
nimiam, e verborum idem pene signifi-

Significantium congeriem. Tu Mus in *Philippica*
Q. Rane sententiam — Tu e *Somyei* ingredi domi
ausus es? — Sic per e *Interpretationem* amplifi-
ca. Tu ingredi domum illam ausus es? Tu
sanctissimum illud limen intrare? Tu illa-
rum aedium *Dij* & *Penatibus* Os importunatis-
simum ostendere?

Si Quarto per *auxellum*, seu in-
crementum, cum per gradus crescit oratio, et ad sum-
mum pervenit. Ita sicero *Verris* scelera per *au-*
xellum amplifica: non enim furem, sed rep-
torem; non adulterum, sed expugnatorem
pudicitia; non sacrilegum, sed hostem Sacrorum
& Religionumque; non officarium, sed crudelem
carnificem siviem, sociorumque in vestrum
iudicium abducimus.

Verba, quae praecipue vim
amplificandi obtinent, sunt, quae *deesse* sic-
ro *lib. Partitionum*, videlicet: *Mustria*,
Gravia, & *Pena*, *Sonantia*, *Iuncta*, *Cogno-*
minata, *Facta*, *non vulgata*, *superlata*, *so-*
luta.

Mustria sunt, quae vim habent extra
communem loquendi modum illustrandi, ut

u sicero pro Milone: Tu C. C. Flodii cruentum 11
cadaver eiecisti; Tu spoliatum imaginibus ex
equis, pompa, laudatione, infelicissimi Ligurij
semiustulatum nocturnis canibus dilaniandum
reliquisti.

Gravia sunt, quae plena sententiarum
et maiestatis maiorem quandam vim otten-
dunt. Ita sicero pro Milone: ex omnibus
ordinum virtutis, si esse debenda ratio pro-
miorum, amplissimum esse ordinum glori-
am esse sane unam, quae brevitatem vitae pos-
teritatis memoria consolaretur, quae officere,
u absentes adessemus, mortui vivereemus, sane
denique esse, cuius gradibus homines in caelum
ascendere viderentur.

Gravia sunt, quae magni-
ficum aliquid sonant, u illa sicronis: De me
semper Pop. e Romanus; semper omnes gen-
tes, nulla unquam obtumescet vetustas.

Or-
nantia sunt, quae suaviter audentia auribus
titillant, u illa sicronis: Tu exsurge, ta-
men quae so, retinebo, et amplectar, nec me solum
depreccatorum fortunarum tuarum, sed

Ad comitem sociumque confitebor.

^{conominata}
Sunt ejusdem pene significationis, ut illa
Ciceronis: Ad tanta virtus ex urbe expel-
letur, exterminabitur, ejicietur!

Iterata sunt
quae non simplicia, sed composita maiorem
obtinent amplificandi vim, ut perhorrescere
excruciare, contrucidare.

Facta verba sunt, quae
Orator iste affingit, ut acrius, et vehementius
dicat, ut illa Ciceronis: Nullam pietatem, nullam
lenitatem fallere plus, quam ornamenta
virtutis.

Non vulgata sunt, quae supra commu-
nem loquendi modum efferuntur, ut illa Cice-
ronis: Vos albanii tremuli, aique luani, vos inquam
imploro, ac obtestor.

Superlata sunt, quae veritate
excedunt, et dicunt plus, quam se vera venerant,
ut Ciceronis pro A. Marcello: Domus est gentes
immensitate barbaras, multitudine innume-
rabiles, loci infinitas, omni copia rerum gene-
re abundantes.

Iterata

12

Repetita sunt, quae saepius in initio membrorum
orationis repetuntur, ut: Ubi nunc Senatus, ubi
Aequitas?

Duplicata sunt, quae geminantur, ut: Excit-
tate, excitate, excitate cum, si potestis ab in-
feris.

Translata denique, qualia sunt Idem = son-
cionum proce Idem, bellifera = multum ad-
juvant ad amplificationem.

Caput ultimum

De Dispositione.

Dispositio est rerum inventarum in ordinem
distributio: quatuor habet partes, videlicet: Ex-
ordium, Narrationem, Confirmationem, et
Perorationem.

Exordium est pars orationis
auditoris ad animum idonea, comparans ad eam
quam orationem. Hoc fit tribus modis; si
deditur benevolus, attentus, ac docilis auditor.
Deditur benevolus, si Orator de se humiliter
ac moderate loquatur. Deditur attentus,
si aut utilitatem, aut novitatem continet

contineat propositio. Deditur docilis, si in ex-
ordio leuea, de quo dicturi sumus, per orationem.

¶ Hoc maxime notandum, ut quoad fieri po-
test, Exordium ita instituat, ut doctiores
quique, vel sub initium facile conficiant in quem
ad scopum colimaturus Orator.

¶ Ea tantum triten-
ter Exordio, quæ, non, ut cunque, sed specialim
ad propositiōem pertineant, quæ debet adeo esse
clara, ut eam, licet auditor nulli intelligere,
intelligat tamen. Reliqua ad propositi-
onem spectantia videat novus Orator in Ari-
adone et Heliorum ab observat. 1.^a ad 12.^{am}

¶ Exordia
esse debent accurata, succinta, instructa senten-
tiis, apta verbis, rei, de qua agitur convenientia,
et brevia. Viciūmerò primo Exordium, si sit
vulgare, ita ut pluribus causis accommodari possit.
Secundo, si sit commune, quod in contrariam
causam partem possit convenire. Tertio, si sit se-
paratum, tanquam membrum disjunctum.

De Peroratione. Barra-

Narratio est rerum explicatio, & quaedam quasi sedes
 ac fundamentum instituenda Fidei. Requiritur
 ad narrationem brevitatis, perspicuitas, & probabili-
 tas. Erit brevis, si constet verbis simplicibus, non
 tamen inornatis; alioquin erit indocta. Erit
 perspicua, si constet verbis usitatis sine interrup-
 tionibus. Erit probabilis, si nihil afferatur rei
 naturae repugnans; si consentiant personis, locis,
 ac temporibus, quae dicuntur. Consultate obser-
 vat. de Orat. 15 in Ariadne quid fusius notetur
 circa narrationem

De confirmatione.

Confirmatio est propositionis probatio. In gene-
 re exornativo probatur, non alij argumentis propo-
 sitio, quam iisdem rebus, quae seculi, qui laudatur,
 quae inde debet Orator ea saligere, quae maxime inter-
 vian ad probandum, quod in propositione intende-
 re; ita tamen, ut efficaciora reservec in finem
 argumenta, quibus rem suam confirmet.

In genere
 iudiciali afferenda sunt probationes, quae causa ipsa
 & illa debeat circumstantia, quae facile inve-
 nire, dummodo impromptu habeat hoc carmen
 Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Et vocis cuiuslibet sensum scrutari, u. Quis = spe-
ctat personam, Quid = dei magnitudinem, = Quibus au-
xiliis = presidia ad emendam = per = finem, Quo-
modo = modum ipsum = Quando = circumstanti-
as temporis.

In genere deliberativo, nec non demon-
strativo, si quid vellis persuadere, invenies argumen-
ta, dummodo bona concideres, quae ex eo, quod tuadet;
proveniant, et mala, quae per istud evitantur; a con-
tra vero, si quid dissuadeas, afferenda sunt bona, quae
ex illo, quod dissuadetur imperiuntur, et mala, quae
ex illo creantur.

Ut quis probe, antequam concedat, quod
proponit, debet scire, quam potissimum arte hoc
fieri possit; quare, de Argumentatione dicendum
breviter.

Argumentatio est, perquam res aliqua
aut probabiliter ostenditur, aut necessario demons-
tratur. Quatuor sunt istius species: Latit-
otinatio, Inductio, Exemplum, Est Schemata
quibus addi solent Enumeratio, Sortes, et Di-
lemma.

Latitotinatio perfecta, seu syllogismus con-
ta quinque partibus, nempe: Propositione, et

14

De Propositionis probatione, Assumptione, et Assum-
ptionis probatione, et conclusione. Sic conficietur
Quodlibet virtus est amplexenda: en Propositione — quia
per eam munitur in salutem via: en Propositionis proba-
tionis; a qui justitia est virtus; en Assumptio; rationi
enim est consentanea; en Assumptionis confirmatio:
ergo justitia est amplexenda: en conclusio.

Latitudo
latitudo imperfecta est, in qua aliqua ex his partibus sup-
primatur, ut in hoc Syllogismo imperfecto: Omne vi-
tium est fugiendum, intemperantia est vitium: ergo
est fugienda.

Enimmem est Latitudo utique imperfec-
ta, constat enim duplici propositione hoc modo: Sic
Isolasticus est parricidii reus: ergo occidendus.

Induc-
tio est argumentatio, qua Orator ex pluribus in me-
dium a latere pervenit, quod vult. Sic: Quo pessima
arborum, nisi quo infructuosa? Quis aer minus
saluber, quam qui corporibus insinuat infirmitates?
Sic dominum quis perniciosissimus, nisi, qui nihil utili-
tatis, sed incommodi multum Reipublice affert?

Exemplum est
inductio imperfecta, in qua ab uno simili fit argumentum
ad aliud

ad aliud hoc pacto: Salvus Regem tyrannum impune percas-
si: ergo non debetis in hunc animadvertere.

Epithema est. Cati-
otinatio breviter comprehensa, cujus omnes partes in unum
conferuntur hoc modo: Sine causa Dominum servus accusat,
ubi in Epithemate sequens includitur Syllogismus: Sine
causa non debet servus Dominum accusare; Sic est servus Re-
gis Deiotari: ergo non debet Regem Deiotarum accusare.

Corites est series multarum propositionum, ex quibus
gradatim elicitur aliqua conclusio, Vg; Quod est bonum
est approbandum, quod approbandum est petendum, quod
est petendum laudabile: ergo quod bonum est, laudabile
est.

Dilemma est argumentatio duas habens partes, quarum
unam si fugias, in alteram incidis, Vg. Homo sic est capi-
tis Deus, aut innocens. Si Deus, cur capitali poena non afficitur?
si innocens, cur diutius vinculis abstringendus?

De Peroratione.

Peroratio est postrema orationis pars, in qua, velut ad Epith-
etum, adducenda sunt argumenta fusius tractata, et seu vir-
tus quaedam munita, fortius evincat, quod per totam orationem
per se debebat.

Cavendum est, ne in Peroratione adducantur

15

adducatur a liquo argumentum, quod non fuerit in
confirmatione probatum; aliter Peroratio inconfir-
matione degenerat.

Caendum est, ne si eorum quae dicta
sunt simplex Epelatio, Auditor enim summojere
offenditur, cum dicimus nos dixisse hoc, et hoc; quise
si ejus memoria videmus diffidere.

Caendum est, ut vele-
mentiori a liqua figura, quales sunt: Exclamations,
et Interrogationes - argumenta desumamus.

Caendum deni-
que, ut non solum argumenta disjunctur, unum
post aliud, sed etiam unum ex aliis deducatur.

Sini. Laus
DEO
Virginique et Matri.



[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]

